UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotae.

Leroy, François

Pragae, 1666

Partium, Capitum, Paragraphorvm Hvivs Operis Elenchus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47123

Visual Library

# PARTIUM, CAPITUM, PARAGRAPHORVM HVIVS OPERIS ELENCHUS.

## PARS PRIMA.

*In qua præmittuntur incitamenta quædam, ad ſeriam atque conſtantem, circa JESUM crucifixum, exercitationem.*

### CAPUT I.

Is etiam qui in virtutis ſtudio non parum profecerint, eam occupationem utilem atque neceſſariam eſſe.

§. 1. Quorundam in hac materia minùs probanda perſuaſio.

§. 2. Aſpirandum non eſſe ad contemplationis quietem, niſi per aſſiduam Chriſti patientis meditationem atque imitationem.

§. 3. Non ſolis incipientibus aut imperfectis eam occupationem commendatam eſſe debere.

### CAPUT II.

Paſſionem Chriſti piè recogitatam, ad divini amoris perfectionem ſuum contemplatorem adducere.

§. 1. Paſſionem Chriſti piæ meditationi ſubjectam, cujuſvis ſanctæ affectionis materiam præbere.

§. 2. Hanc ipſam circa Chriſtum paſſum exercitationem, ad inflammandum cor amore Dei, vim præcipuam habere.

§. 3. Amorem Dei ſolidum ac fortem ex Chriſti patientis exemplis petendum & deſumendum eſſe.

### CAPUT III.

Rem eſſe periculi pleniſſimam, præproperè omiſſo Chriſtum crucifixum imitandi ſtudio, ſublimiores & inſolitas divinæ contemplationis vias affectare.

§. 1. Eos qui præfeſtinè altiora illa affectant, ad id plerumque occultâ ſuperbiâ duci.

§. 2. In eo negotio non raró amorem proprium, & privatam ſui exquiſitionem, latere.

§. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 3. Eoſdem plerumque imperfectos, & veris virtutibus vacuos remanere.

## CAPUT IV.

Etiã ijs qui perfecti ſint, Paſſionis Chriſti memoriam, aut devotam circa crucifixum occupationem, non eſſe omittendam.
§. 1. Non omnes perfectos ad unionem myſticam vocari; & quos Deus vocat, non continuò ad ſummam ſui contemplationem aut fruitionem admittere.
§. 2. Actum intimæ contemplationis, nec perpetuum, nec diuturnum eſſe poſſe.

## CAPUT V.

Quæ hactenus à nobis demõſtrata ſunt, expreſſiori autoritate confirmantur.
§. 1. Quorundam ſanctorum virorum eam in rem documenta & exempla.
§. 2. Ex altero ſexu petita eorundem confirmatio.

## CAPUT VI.

Nonnulla ex dictis deducta, ad majorem rei à nobis propoſitæ explanationem.
§. 1. Duo quædam ultro conceſſa, neq; aſſertioni à nobis poſitæ repugnantia.
§. 2. Quî intelligendum ſit quod hic à varijs dicitur: unicuique ad divinam contemplationem, & myſticam unionem eſſe aſpirandum.

## CAPUT VII.

Frequentem Paſſionis Chriſti memoriam æterno Patri acceptiſſimam eſſe.
§. 1. Perennẽ gratámq; Paſſionis Chriſti recordationem, ad immortalem Patris gloriam pertinere.
§. 2. Eandem ipſi Dei filio, noſtrâ causâ depreſſo atque exinanito, perquam eſſe glorioſam.

## CAPUT VIII.

Chriſtum ipſum, perennem paſſionis ſuæ memoriam, meritiſſimò à nobis exigere.
§. 1. Quâ ratione Chriſtus à ſibi ſingulariter dilectis eam recordationem poſtulaverit.
§. 2. Quàm multa & mira ad eam in nobis conſervandam operari dignatus ſit.
§. 3. Quàm juſtum ſit, noſtrum quemlibet, ei Domini noſtri deſiderio ſtudioſiùs reſpondere.

## CAPUT IX.

Idem exercitium B. Virgini Dei Matri ſummopere placere.

## CAPUT X.

Chriſtum Dominum in omni vita, futuram paſſionem ſuam præ oculis habuiſſe.

## CAPUT XI.

Eandem ſeu cogitationem ſeu memoriã B. Virgini familiariſſimam, ac ferè perpetuam fuiſſe.
§. 1. Virginem ſanctiſſimam, futuram filij ſui paſſionem continuè præmeditatam eſſe.
§. 2. Eandem Virginem filij ſui mortem acerbam, quam coràm ipſa ſpectaverat, aſſiduè recogitâſſe.
§. 3. Ejuſdem, in viſendis locis paſſione filij conſecratis, animi ſtudium ac devotio.

## CAPUT XII.

Hanc fore perennem jucundámq; Sanctorum in cœlo occupationem.

§. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 1. Circa Chriſtum ejúſque vulnera, Sanctorum in cœlo ſenſus prædulces.
§. 2. Domini crucem in cœli faſtigio, poſt judicium, collocandam videri.
§. 3. Sanctorum ad Domini crucem ſolennis ac feſta occupatio.

CAPUT XIII.

Jugem ac devotam patientis Chriſti memoriam, eſſe magnum ſignum divinæ prædeſtinationis.
§. 1. Ejus aſſertionis ratio ac ſenſus exponitur.
§. 2 Quanto ea res ſit ſolatio, Crucifixum amanti.

CAPUT XIV.

Ex paſſionis Chriſti pia gratáque memoria fructus innumerabiles percipi.
§. 1. Duo quædam bonorum ſpiritualium genera, ex ea exercitatione universè provenientia.
§. 2. Speciales quædam prærogativæ amatori Crucifixi propoſitæ.

CAPUT XV.

Animi eſſe ingratiſſimi, paſſionis Chriſti nunquam aut rarò meminiſſe.
§. 1. Supremi ejus beneficij gratiam, meritiſſimò à nobis repoſci.
§. 2. Quorundam Chriſtianorum ea in parte ſocordiam ipſi Salvatori magnopere diſplicere.

CAPUT XVI.

Profundam paſſionis Chriſti oblivionem, in ſalutis negotio rem periculi plenam eſſe.

CAPUT XVII.

Aſpiratio & votum animæ Jesu Chriſto crucifixo devotæ.

---

## PARS SECVNDA.

*Exercitia artéſve nonnullæ, ad memoriam ac reverentiam paſſionis Chriſti ſpectantes, & in actibus exterioribus præſertim conſiſtentes.*

CAPUT I.

Aſſiduum uſum ſigni crucis, ad paſſionis Chriſti memoriam ac reverentiã multùm conferre.
§. 1. Signi crucis uſum primis Chriſtianis, multò quàm nobis, familiariorem fuiſſe.
§. 2. Eodẽ ſigno ſenſus omnes noſtros, ipsúmque cor, crebrò muniendum eſſe.

CAPUT II.

In memoriam atque honorem paſſionis Chriſti, preces aliquas extentis brachijs, ipsóque corpore in crucis formam compoſito, pronuntiare.
§. 1. Eum, inter precandum, corporis habitum, veteris Eccleſiæ moribus receptum fuiſſe.
§. 2. Eundem uſum in mores noſtros meritò revocari poſſe.

CAPUT III.

Crucis aut Crucifixi ſignum, è metallo aliâve materia, ad cor appenſum geſtare.
§. 1. Ejus rei antiquum exemplum, & nova ſpecies proponitur.
§. 2. Crucifixum amantium auſus quidam inſoliti, neque imitationi noſtræ facilè ſubijciendi.

CA-

## CAPUT IV.

Apud ſe in cubiculo, Chriſti crucifixi effigiem aliquam habere.

§. 1. Eam non immeritò Chriſtiano cuilibet commendatam eſſe debere.

§. 2. Chriſtum crucifixum, ſtudiorum, laborum, actionúmque familiarium, teſtē & adjutorem adhibendum eſſe.

§. 3. Ad eundem in tentationibus aliiſq; moleſtijs eſſe recurrendum.

§. 4. Coram eodem precandum; & alia quælibet tanquam cum amico fideliſſimo, conferenda.

## CAPUT V.

Sumptâ in manus Chriſti crucifixi effigie, ſe ſe ſubinde ad bonam mortem exercere.

§. 1. Ejus exercitij, tum neceſſitas, tum utilitas oſtenditur.

§. 2. Exercitationis propoſitæ ſpecies atque adumbratio quædam.

§. 3. Illuſtri exemplo aſſeritur eadem exercitatio.

## CAPUT VI.

Miſſæ ſacrificio quotidie frequentando, paſſionis ac mortis Domini memoriam renovare.

§. 1. Miſſæ ſacrificium expreſſam quandam paſſionis Chriſti repræſentationem eſſe.

§. 2. Quæ cum in finem ſpecialiter videantur obſervanda.

§. 3. Eandem præceptionem peculiariùs ad ſacerdotem Sacrum facientem pertinere.

## CAPUT VII.

Eandem paſſionis Chriſti memoriam, etiã ad ipſam Euchariſtiæ ſuſceptionem, eſſe adhibendam.

§. 1. Ipſum per ſe divinum Sacramentum, etiam quandã Chriſti patientis imaginem præferre.

§. 2. Patientis Chriſti recordatio, in ſacræ Euchariſtiæ ſumptione, qua ratione uſurpanda.

§. 3. Quæ hoc capite dicta ſunt, inſigni documento confirmantur.

## CAPUT VIII.

Chriſtum patientem in membris ſuis agnoſcere.

§. 1. Egenos, afflictos, ulceroſos, ut proprias Chriſti paſſionis imagines, aſpiciendos eſſe.

§. 2. Multiplex iſtius perſuaſionis utilitas.

§. 3. Studium iſtud ad Chriſti ſponſas propria quadam ratione ſpectare.

## CAPUT IX.

Ex rerum creatarum aſpectu in paſſionis Chriſti memoriam venire.

§. 1. In natura rerum complura paſſionis Dominicæ veſtigia reperiri.

§. 2. Amantem animam omnibus propemodum in rebus dilecti paſſionem agnoſcere.

§. 3. Ad eundem finem quædam latè patens, ſed magis arcana, conſideratio.

§. 4. Plures ejus artis, ſeu exercitationis, utilitates.

## CAPUT X.

Ægritudinibus noſtris ac doloribus, velut ſecreto atque intimo paſsionis Chriſti admonitore, uti.

§. 1. Morbos atque dolores noſtros, efficaces eſſe Chriſti dolorum admonitores.

§. 2. Familiaris uſus cõſiderationis propoſitæ.

## CAPUT XI.

Memoriam ac cultum paſſionis Chriſti certis officijs aut precibus celebrandum eſſe.

§. 1. Officium de cruce aut paſſione Domini,




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mini, ſtatis temporibus religioſè recitare.

§. 2. In honorem Dominicæ paſſionis, coronam (quam vocant) Domini noſtri percurrere.

## CAPUT XII.

Juverit etiam, eandem paſſionis Chriſti memoriā quotidiana commentatione, aut pio ſermone confovere.

§. 1. Quotidie partem aliquam temporis recogitandæ Dominicæ paſſioni aſſignare.

§. 2. Ad horas ſingulas, alicuius myſterij paſſionis Chriſti meminiſſe.

§. 3. De paſſione Domini libenter ſermonem facere.

## CAPUT XIII.

Nonnulla alia, quibus pium animi noſtri ſtudium in Chriſtum patientem conteſtemur.

§. 1. Alicui Chriſti crucifixi, aut Matris dolentis, ſodalitio adſcribi.

§. 2. Crucis effigiem, & nominis Jesu figuram, ubi occurrerit, aliqua pietatis ſignificatione venerari.

§. 3. Pro amore Chriſti crucifixi, aut paſſionis ejus reverentiā, quicquam petenti, non facilè denegare.

## CAPUT XIV.

Diem ſextam cujuſque hebdomadæ, uti Chriſti paſſioni dicatam, cultu proprio celebrare oportere.

§. 1. Rationes, ſeu artes, nonnullæ, ad eam diem peculiariter celebrandam, accommodatæ.

§. 2. Artes aliquæ rariores, eòdem pertinentes.

## CAPUT XV.

Sacras (quas appellant) Chriſti patientis Stationes, ſuis temporibus religioſè obire.

§. 1. Ejus religionis ratio ac finis proponitur.

§. 2. Quæ præſertim forma in illis obeundis ſervari poſſit.

§. 3. Quandam ejuſmodi ſacrarum Stationum ſpeciem poſſe ab unoquoque privatim ſibi conſtitui.

## CAPUT XVI.

Quid in actibus vitæ quotidianis, aut nonnullis oblatis occaſionibus, amatori crucifixi faciendum.

§. 1. Silvula variarum præceptionum ad uſus vitæ quotidianos attinentium.

§. 2. Familiares aliæ, pro varijs rerum eventibus, exercitationes.

§. 3. Affines jam dictis, B. P. Franciſci Borgiæ ad uſus eoſdem commentationes.

# PARS TERTIA.

*Interior animæ circa Chriſtum crucifixum occupatio, per actus potiſſimum virtutum theologicarum.*

## CAPUT I.

Magnum eſſe operæ pretium, ergaChriſtum in cruce pendentem crebris fidei actibus exerceri.

§. 1. Exercitationis propoſitæ uſus & fructus exponitur.

§. 2. Ejuſdem exercitij quædam quaſi formula traditur.

## CAPUT II.

Varij ſanctæ fiduciæ fontes, ex paſſione ac

ac morte Jesu Chriſti.
§. 1. Æterni Patris unigenitum ſuum tradentis ſumma adverſum nos charitas.
§. 2. Filij Dei, ſeipſum totum in cruce profundentis, incredibilis noſtri dilectio.
§. 3. Nonnulla ſanctæ ſpei ſemina, ex donata nobis à Deo bona voluntate.
§. 4. Dictorum hoc capite concluſio.

CAPUT III.
Ipſum Chriſti crucifixi aſpectum, varia fiduciæ argumenta ſuppeditare.
§. 1. Crucifixi vultus ad nos propenſus, ad fiduciam nos invitat.
§. 2. Chriſti brachia in cruce protenſa peccatores expectant ad veniam.
§. 3. In Salvatoris vulneribus ſumma ratio ſpei noſtræ.
§. 4. Idem ſpeciatim de Chriſti ſanguine oſtenditur.

CAPUT IV.
Ex Chriſti boni Paſtoris contemplatione, ſpeciale concipiendæ fiduciæ argumentum.
§. 1. Ovis errabunda boni Paſtoris humeris revecta.
§. 2. Ex eodem ſchemate multiplex fiduciæ ratio.
§. 3. Sanctorum Patrum in hunc ipſum ſenſum atque affectum conſpiratio.

CAPUT V.
Quos adhuc peccare delectat, hos terroris potiùs quàm fiduciæ, in Chriſto crucifixo cauſas habere.

CAPUT VI.
Chriſti Incarnationem ac mortem piè recogitatam, ad divinum amorem in nobis excitandum atque alendum, vim permagnam habere.
§. 1. Magna divini amoris illecebra; Verbum Caro factum.
§. 2. Nonnullæ de re propoſita S. Auguſtini cogitationes.
§. 3. Concluditur caput hoc, quibuſdam locis eodem pertinentibus, è S. Bernardo adductis.

CAPUT VII.
Chriſtus crucifixus ſupremum amoris incitamentum.
§. 1. Singularis Jesu Chriſti bonitas ac beneficentia in ejus paſſione commendatur.
§. 2. Jesu crucifixi rara & eximia pulchritudo.
§. 3. De ejuſdem Salvatoris noſtri, inter amara paſſionis ſuæ, incredibili ſuavitate.

CAPUT VIII.
Ad amorem Jesu Chriſti crucifixi parænetica invitatio.

CAPUT IX.
Contemplatio Jesu Chriſti crucifixi ad ejus amorem in nobis excitandum.
§. 1. Ejus exercitij ex SS. Patribus commendatio.
§. 2. Ejuſdem exercitij ratio quædam ac forma proponitur.
§. 3. Exactior rerum propoſitarum & uſui propior contemplatio.

CAPUT X.
Interiorum ſenſuum circa Chriſtum crucifixum applicatio.
§. 1. De ejus exercitij ratione generatim.
§. 2. Quâ ratione circa Crucifixum exadhibeatur exercitatio.
§. 3. Adjungitur quoddam ejus exercitij corollarium.

CAPUT XI.
Chriſtum perfectè amare cupienti, amorem ſuum proprium unà cum Chriſto eſſe crucifigendum.
§. 1. Quod hoc capite propoſitum eſt, variâ autoritate ſtabilitur.
§. 2. Ejuſdem rei diffuſior explicatio.
§. 3. De eo quòd Chriſtus amorem noſtrum ſecum crucifixerit.
§. 4. Rerum iſto capite propoſitarum extrema concluſio.
CAPUT XII.
Amantis animæ cum Chriſto crucifixo deſponſatio.
§. 1. Amantem animam Chriſti crucifixi ſponſam eſſe.
§. 2. Animæ & Chriſti ſponſalia in cruce peragi oportere.
§. 3. Amantis animæ ad ſponſum ſuum crucifixum ſuſpiratio.
CAPUT XIII.
Cum corde Jesu crucifixi cor ſuum conjuugere, aut commutare.
§. 1. Exercitatio propoſita, autoritate & exemplis adſtruitur.
§. 2. Eorum, quæ modò allata ſunt, ſpecialior quædam explicatio.
§. 3. Opportuna in rem præſentẽ animadverſio.
§. 4. Iſtius exercitationis ratio ac fructus præcipuus.
CAPUT XIV.
Quidquid agimus patimurve, Chriſti operibus aut doloribus conjungere, eâq; conjunctione conſecratum æterno Patri offerre.
§. 1. Iſtius exercitationis uſus ac fructus commendatur.
§. 2. Suggeruntur varia monita, ad uſus præſentes non parum conducibilia.
CAPUT XV.
In Chriſti Domini vulneribus aſſiduè ac libenter habitare.
§. 1. Ejus myſticæ habitationis ratio proponitur atque exponitur.
§. 2. Habitationis in Chriſti vulneribus multæ ac pretioſæ utilitates.
CAPUT XVI.
Eadem animæ Crucifixum amantis ſtudia, nonnullis figuris aut emblematis adumbrata.
§. 1. Anima ſancta, columba nidificans in vulneribus Crucifixi.
§. 2. Anima Crucifixo devota, turtur ſedens in palma crucis.
§. 3. Anima ſancta, myſtica philomela, ad pedem crucis deficiens & moriens.
CAPUT XVII.
De delitijs quas invenit anima, in corde Jesu Chriſti crucifixi.
§. 1. Teſtimonia S. Gertrudis, S. Bonaventuræ, & cujuſdam pij Scriptoris.
§. 2. Teſtimonia S. Bernardi, Guilielmi Abbatis, & B. Petri de Alcantara.
CAPUT XVIII.
De delitijs animæ ſanctæ in corde Chriſti unà cum ipſo epulantis.
§. 1. Cor Chriſti crucifixi triclinium eſſe animarum ſanctarum.
§. 2. Deſiderium animæ amantis, & in Crucifixi cor ingredi, & unà cum illo refici, ac delitiari affectantis.
CAPUT XIX.
Plagam lateris Chriſti animarum ſanctarum alvearium eſſe.
§. 1. Apum myſticarũ circa Chriſti vulnera occupatio.
§. 2. Eaſdem non niſi divino cordi mellificare debere.
CA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAPVT XX.

Salvatoris apertum latus, eſſe peregrinorum ſepulturam.

§. 1. Quinam peregrini ſepulcri jus hîc habeant?

§. 2. Quis cenſendus ſit mundo crucifixus, mundo mortuus, mundo ſepultus.

§. 3. Quanta quies ſit & pax animæ, in latere Chriſti crucifixi ſepultæ.

## CAPVT XXI.

De Chriſti crucifixi vulneribus crebrò ſalutandis, amantérque diſſuaviandis.

§. 1. Exercitij propoſiti multæ ac parabiles opportunitates.

§. 2. Formulæ quarundam aſpirationum ad præſentem uſum accommodatæ.

## CAPVT XXII.

Simili ſalutationis officio, etiam membra Chriſti ſigillatim impertienda.

§. 1. Modus ſalutandi Chriſti membra ex B. Bernardo.

§. 2. Alia ex Ludovico Bloſio membrorum Chriſti crucifixi ſalutatio.

## CAPVT XXIII.

Alia quædam præclara animæ circa Chriſti vulnera occupatio.

§. 1. Exercitium circa Chriſti vulnera ex Nicolao Eſchio deſumptum.

§. 2. Alia quædam his affinia ex Joanne Thaulero deprompta.

## CAPVT XXIV.

De piæ compaſſionis affectu erga Chriſtum patientem exercendo.

§. 1. Exercitationem hujuſmodi Chriſtiano homini non eſſe negligendam.

§. 2. Nonnulla ad eum affectum in nobis excitandum adjumenta.

§. 3. In quo concluduntur quæ de hoc exercitio dicta ſunt.

## CAPVT XXV.

De commiſeratione, etiam Matris Dei filio compatientis, ſuſcipiendâ.

§. 1. Maternorum dolorum commiſerationem Chriſto Domino acceptiſſimam eſſe.

§. 2. Ad idem exercitium uſurpandum propria quædam incitamenta.

§. 3. Quanta fuerit dolorum Deiparæ filio compatientis magnitudo.

§. 4. Adduntur nonnulla ad majorem dictorum explicationem.

## CAPVT XXVI.

Qui conveniat animam Chriſto patienti devotam, in ejus myſterij admiratione, eique cognatis affectibus, interdum exerceri.

§. 1. Actus admirationis.

§. 2. Admirationis fructus.

## CAPVT XXVII.

Exercitium ſuperiori affine: Gratiarum actio & vox laudis.

§. 1. De eo exercitio aliquid præmiſſum generatim.

§. 2. Priora monita ad uſum præſentis exercitij conducentia.

§. 3. Poſteriores eandem in rem præceptiones.

§. 4. Animæ, Chriſtum impenſè laudare ſatagentis, in idque quàm poteſt longiſſimè, deſiderio extendentis ſe atque exporrigentis, paradigma.

## CAPVT XXVIII.

De quadam animi confuſione atque pudore, ex paſſionis Chriſti contemplatione, concipiendis.

§. 1. Ejus exercitij prima velut adumbratio.

§. 2. Qui actus præſertim eo exercitio continéantur.

### CAPVT XXIX

Ut itidem in contemplantis animo, ardens excitetur, Chriſto pro injuria ſatisfaciendi, cupiditas.

§. 1. Prior pars hujus exercitij: coram ipſo Chriſto aut DEO Patre, ſeſe reum mortis Unigeniti conſtituere.

§. 2. Pars poſterior: eâdem in causâ, ſibi Judicis ac vindicis partes, adverſus ſemetipſum ſumere.

---

## PARS QVARTA.

*Exercitationes ad patientiam ſpeciatim; ſive, ad omnimodam ſui ipſius abnegationem, ex Chriſti crucifixi diſciplinâ.*

### CAPVT I.

In patientiæ præcepta ingreſſio.

### CAPVT II.

Chriſtianæ patientiæ diſciplinā ex Chriſto crucifixo potiſſimùm eſſe hauriendam.

§. 1. Chriſtus crucifixus artis patiendi primus ac ſummus Magiſter.

§. 2. Eandem artem, præeunte Chriſto, non adeò difficulter addiſci.

### CAPVT III.

Amorem crucis & patientiæ ſtudium, viam ad ſalutem compendioſiſſimam eſſe.

### CAPVT IV.

Quàm incenſum fuerit in Chriſto deſiderium patiendi.

§. 1. Chriſtum Dominum, ut pati poſſet, miraculis pluribus uſum eſſe.

§. 2. Eundem præſtitutum ſibi patiendi tempus velut impatienter expectâſſe.

§. 3. Eundem inflictorum ſibi tormentorum dolores voluntariè exaggeráſſe.

§. 4. Languoris noſtri, ad hos Chriſti ardores comparati, incuſatio.

### CAPVT V.

Qualiter dulcis Redemptor noſter, inter patiendum, ſummo animi gaudio exultaverit.

§. 1. Stabilitur theſis propoſita, Patrum atque in primis S. Cyrilli Alexandrini, autoritate.

§. 2. Ad idem elegans Tertulliani locus expenditur.

§. 3. Eadem veritas ex Apoſtoli verbis elicitur.

### CAPVT VI.

Quàm congruens ſit, in adverſorum tolerantia, eoſdem nos, cum Domino noſtro, ſenſus habere.

§. 1. Ut deceat ſervos ijſdem cum Domino moribus eſſe.

§. 2. Perhonorificum eſſe ſervo, Domini ſui veſtibus atque inſignibus indui.

### CAPVT VII.

Unumquemque noſtrum Chriſti cruci aut ipſi Chriſto, tanquam ſurculum, inſeri oportere.

§. 1. Allegoriæ propoſitæ fundamenta quædam jaciuntur.

§. 2. Diſcurſus facti vis in pauca colligitur.

### CAPVT VIII.

De tribus individuis Chriſti Domini comi-

comitibus, paupertate, dolore, contemptu.
§. 1. Comitatum hunc, ſeu ſocietatem, Chriſto Domino perpetim adhæſiſſe.
§. 2. Eoſdem tres comites, ei quoque qui Chriſtum propiùs ſequi deſideret, in ſocios adſciſcendos eſſe.
§. 3. Ex tribus his quaſi ſpeciebus, familiarem quandam confici poſſe, morbis animæ noſtræ medicinam.

## CAPVT IX.

Via trium dierum in ſolitudine; ſive, exercitium omnimodæ nuditatis & abnegationis ſui, ad exemplar Jesu Chriſti crucifixi.
§. 1. Via primæ diei in ſolitudine.
§. 2. Via ſecundæ diei.
§. 3. Ejuſdem ſanctæ ſolitudinis dies tertia.

## CAPVT X.

Exercitij ejuſdem ulterior declaratio.
§. 1. De duplici ſapore Chriſti Jesu; & quòd ſumma virtutis in eo ſit, ut, etiam abſque ſpirituali dulcedine, afflictiones æquo animo toleremus.
§. 2. Chriſtum purè amanti, etiam divina ſolatia refugienda, & pro ſuſpectis habenda.
§. 3. Crucem etiam nudam & ſolatij expertem, Chriſti exemplo, amplexandam eſſe.

## CAPVT XI.

Quo pacto anima deſolata ſe ſe reſignabit, ac projiciet in ſinum & brachia crucifixi.
§. 1. Ejus exercitij pars prior.
§. 2. Ejuſdem exercitij pars poſterior.
§. 3. Quædam eandem in rem obſervatu digna adduntur.

## CAPVT XII.

Proponitur altiſſima quædam & abſolutiſſima abnegatio ſui, & tanquam apex patientiæ Chriſtianæ
§. 1. Tres quaſi gradus perfectionis Chriſtianæ ex S. Ignatij exercitijs.
§. 2. Supremus hic gradus patientiæ Chriſtianæ ex S. Joanne Chryſoſtomo aſtruitur.
§. 3. Idem ſenſus in S. Bonaventura & alijs quibuſdam oſtenditur.
§. 4. Adduntur nonnulla ad idem argumentum pertinentia.

## CAPVT XIII.

Amatorem Chriſti juvat interdum, latitudinem & longitudinem, ſublimitatem & profundum crucis inveſtigare.
§. 1. Dimenſiones illæ ad Chriſti crucem variè applicatæ.
§. 2. Noſtram etiam crucem iiſdem dimenſionibus conſtare debere.

## CAPVT XIV.

In quo oſtenditur, etiam homines perfectos, grandes ac multiplices cruces perferre.
§. 1. Non eaſdem hominum perfectorum, atque imperfectorum, cruces eſſe.
§. 2. Speciales quædam Sanctorum cruces expoſitæ.
§. 3. Perfectorum hominum aliæ cruces nonnullæ.
§. 4. Chriſtum perfectè dlligentiū crux poſtrema.
§. 5. Extrema dictorum clauſula.

## CAPVT XV.

Dei ſervos, qui crucis complexum & mortificationis ſtudium refugiant, ea propter crucem multiplicem pluresque mortes incurrere.
§. 1. Ejus pronuntiati rationes quædam allatæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 2. Ejuſdem aſſerti ratio ſpecialior & occultior exponitur.
§. 3. Ratio poſtremò propoſita magis explicatur & confirmatur.

## CAPUT XVI.

Quemadmodum nos par ſit, in commentandis ac devenerandis occultis Chriſti cruciatibus interdum exerceri.
§. 1. Quinam illi fuerint occulti Domini noſtri cruciatus.
§. 2. Quî conveniat nos, in ijs interdum exerceri.

## CAPUT XVII.

De Chriſti Jesu cruce perpetua, memori mente aſſiduè circumferenda.
§. 1. Crux Chriſti perpetua quorundam Patrum Scriptorúmve aſceticorum autoritate aſtruitur.
§. 2. Crux illa Chriſti ſpiritualis, quibus ex partibus conſtiterit.
§. 3. Tam præproperi in Chriſto crucis complexûs, cauſæ nonnullæ.
§. 4. Rationes aliæ eòdem ſpectantes.

## CAPUT XVIII.

Conſiderationes, quibus efficitur, afflictiones à Deo immiſſas, cum veneratione atque amore eſſe ſuſcipiendas.
§. 1. Afflictiones noſtras, velut micas de menſa crucis deciduas, religioſè excipiendas eſſe.
§. 2. Eaſdem, tanquam fragmenta quædam crucis Dominicæ, aut portionem aliquam paſſionum Chriſti, aſpiciendas.
§. 3. Eaſdem eſſe velut ſtigmata Domini Jesu, in corpore aut corde noſtro impreſſa.

## CAPUT XIX.

Aliæ nonnullæ conſiderationes eandem ad rem pertinentes.
§. 1. Juſtorum in vita afflictiones, meras Chriſti amantis blanditias eſſe.
§. 2. Chriſtum electis ſuis, luctum, dolores, anguſtias, hæreditatis nomine reliquiſſe.

## CAPUT XX.

Duplici ratione oſtenditur, quàm homini juſto charæ eſſe debeant præſentis vitæ tribulationes.
§. 1. Electos, ut pretioſos lapides, tunſionibus atque preſſuris variè conformari & expoliri oportere.
§. 2. Ipſas etiam afflictiones noſtras, velut cœleſtes margaritas, in pretio & honore habendas.
§. 3. Nonnulla ex dictis patientiæ documenta.

## CAPUT XXI.

Malorum patientiâ Chriſtianum, velut nummum Regis imagine, ſignari.
§. 1. Chriſtum Jesum fuiſſe nummum à Deo Patre percuſſum.
§. 2. Nos quoque, ceu nummos, percutiendos; & eâdem cum Chriſto imagine ſignandos eſſe.

## CAPUT XXII.

Electos Dei, in torculari paſſionum, cum Chriſto premi atque calcari oportere.
§. 1. Chriſtum, inſtar botri, in cruce compreſſum expreſſúmque fuiſſe.
§. 2. Mira efficacia muſti, de Crucifixi prælis exæſtuantis.
§. 3. Simili modo nos & botros eſſe, & in afflictionum torculari, premi & calcari debere.
§. 4. Commentationis jam propoſitæ fructus nonnulli colliguntur.

## CAPUT XXIII.

Homines juſtos, per paſſionum toleran-

tiam,

tiam, in quædam Chriſti crucifixi ſimulacra, exactè elaborari.
§. 1. Ejus conſiderationis fundamentum ac ratio proponitur.
§. 2. Conſiderationis expoſitæ, in acerbis rebus, utilitas.

## CAPUT XXIV.

Chriſtianam in adverſis patientiam, harmoniam eſſe divinis auribus jucundiſſimam.
§. 1. Chriſtus crucifixus, cithara Patris.
§. 2. Nos etiam, ceu DEI citharas, & variè tangi, & DEO dulcem de nobis melodiam reddere debere.
§. 3. De hilari malorum patientiâ, variæ ex dictis præceptiones.

## CAPUT XXV.

Amicorum Chriſti adverſis in rebus patientiam, Chriſto in pœnis ſuis ſolatium aliquod præbuiſſe.

## CAPUT XXVI.

Concluditur iſtæc Chriſtianæ patientiæ tractatio.

# PARS QVINTA.

*Chriſti patientis, in actibus quibuſdam geſtiſve ſingularibus, imitatio.*

## CAPVT I.

Ad peculiarem certis in articulis Chriſti patientis imitationem, introductio.

## CAPVT II.

Imitatio Chriſti in horto Gethſemani Patrem orantis.
§. 1. Quantam attentionem ad orandum Chriſtus attulerit.
§. 2. Quanta cum animi corporiſque reverentia precatus ſit.
§. 3. Quantâ animi devotione atque fervore oraverit.
§. 4. Quantâ conſtantiâ in oratione perſeveraverit.
§. 5. Uti omnem ſuæ voluntatis propenſionem Patris voluntati amanter ac plenè ſubjecerit.

## CAPVT III.

Imitatio Chriſti circumducti per vias Jeruſalem.
§. 1. Chriſti per vicos & plateas raptati conſideratio.
§. 2. Nonnullæ ad eam imitationem opportunæ præceptiones.

## CAPUT IV.

Imitatio Chriſti ab Herode ſpreti atque illuſi.
§. 1. Conditionum rei propoſitæ expenſio atque æſtimatio.
§. 2. Earundem rerum ad uſus noſtros traductio.
§. 3. Variæ laudabilis inſaniæ ſpecies, ex Chriſti amore atque imitatione.

## CAPUT V.

Imitatio Chriſti ad columnam alligati, & flagellati.
§. 1. Flagellationis Chriſti atrocitas & indignitas.
§. 2. Ejuſdem myſterij ad uſus noſtros applicatio.
§. 3. Opportunum homini religioſo documentum.

## CAPUT VI.

Imitatio Chriſti ſpinis coronati, & ſaturati opprobrijs.
§. 1. Myſterij propoſiti contemplatio.

§. 2. Primitivæ Eccleſiæ fideles à capitis coronis religioſè abſtinuiſſe.
§. 3. Chriſti ſpinis docemur, Crucifixi diſcipulo mundi delicias minimè eſſe conſectandas.
§. 4. Nonnulla ad uſus peculiares ex his deducta.
§. 5. Chriſtum Jesum, pro corona ſpinea, gloriâ & honore à nobis coronandum eſſe.

## CAPVT VII.

Imitatio Chriſti bajulantis ſibi crucem, & cum ea ad montem Calvariæ contendentis.
§. 1. De ipſo myſterio nonnulla.
§. 2. Gravitatis crucis, quam Salvator ſibi bajulavit, ponderatio.
§. 3. Quâ ratione ipſa crux Chriſti immenſa & interminata fuerit.
§. 4. Quid præſertim à nobis exigat præſentis myſterij contemplatio.

## CAPVT VIII.

Imitatio Chriſti, in cruce pro inimicis deprecantis Patrem.
§. 1. Admirabilis ejuſdem facti conſideratio.
§. 2. Clementiæ Chriſti, & inhumanæ clementiæ in re propoſita comparatio.
§. 3. Evangelicæ diſciplinæ prima de re præſenti præcepta.
§. 4. Alterum ac tertium eandem in rem Chriſti præceptum.

## CAPVT IX.

Chriſti in Cruce morientis imitatio.
§. 1. Imminentem mortem, de manu Dei libenter ac promptè acceptare.
§. 2. In Dei manus, & Crucifixi vulnera, ſpiritum ſuum commendare.
§. 3. Lectuli crucis duritiem (quoad licebit) imitari.
§. 4. Ad præſidium Matris Dei eo in articulo ſtudioſiùs confugere.

## CAPVT X.

Status religioſus, peculiaris Chriſti crucifixi imitatio.
§. 1. Hominis religioſi cum Chriſto crucifixo comparatio.
§. 2. Specialia quædam conſectaria ex dato principio eruuntur.

---

# PARS SEXTA.

*In qua nonnulli fructus eximij hujus Exercitationis colliguntur.*

## CAPUT I.

Ubi de his fructibus præmittitur aliquid generatim.

## CAPVT II.

Ingens peccati horror & deteſtatio.
§. 1. Iſtius effectus atque affectus cauſæ nonnullæ.
§. 2. Allatis quibuſdam cauſis alijs, res concluditur.

## CAPUT III.

Fuga deliciarum, & honoris faſtúſque mundani averſatio.
§. 1. Prior hujus pronuntiati ratio.
§. 2. Ratio poſterior ad idem propoſitum.

## CAPVT IV.

Amor incommodorum, & cupiditas patiendi cum Chriſto.

§. 1.

§. 1. Hunc item affectum exercitationis propoſitæ fructum eſſe.
§. 2. Ejus fructus tres potiſſimùm cauſæ referuntur.

CAPVT V.

Fortitudo & robur animi in ſufferendis adverſis.
§. 1. Stabilitur hujus fortitudinis prima ratio.
§. 2. De altera ejuſdem fortitudinis ratione.
§. 3. Poſtrema ratio ejuſdem affectus aſtruitur.

CAPVT VI.

Zelus animarum, ſeu ardens ſtudium ſalutis alienæ.
§. 1. Rationes variæ iſtius zeli in animis noſtris excitandi.
§. 2. Eandem in rem Doctoris Seraphici loci nonnulli.

CAPUT VII.

Adverſus egentes atque afflictos tener animi ſenſus ac commiſeratio.

CAPVT VIII.

Abundantia ſanctarum lacrymarum.
§. 1. Paſſionem Chriſti aſſiduè recogitantibus, hoc donum ſolere à DEO concedi.
§. 2. Dulcedo & pretium lacrymarum ex Crucifixi contemplatione manantiũ.

CAPVT IX.

Transformatio hominis in JESUM Chriſtum crucifixum.
§. 1. Excellentẽ hominis Chriſtiani perfectionem, in ejus in Chriſtum transformatione conſiſtere.
§. 2. Frequenti circa Chriſtum paſſum exercitatione, poſſe ad eam transformationem perveniri.
§. 3. Amore præſertim eam transformationem effici.

CAPVT X.

Placidus ac felix exceſſus è vita, inter brachia Salvatoris.
§. 1. Nonnullæ ejuſce rei cauſæ.
§. 2. Specialia quædam, feliciter intra Crucifixi vulnera expirantiũ, exempla.

CAPUT XI.

Magna in judicio ſecuritas & exultatio.
§. 1. Rationes propriæ ejus ſecuritatis inquiruntur.
§. 2. De eo quod à S. Hippolyto ſcriptum eſt; Chriſtum in judicio Caput ſpinis coronatum eſſe oſtenſurum.
§. 3. Crucis inimicorum, & Crucifixi amatorum in judicio diſcrimen.

CAPUT XII.

Purgatorij pœnarum immunitas, aut maturior liberatio.

CAPUT XIII.

Merces amplior & gloria ſpecialis in cœlo.
§. 1. Crucifixi & crucis amatores ſpeciali in cœlis gloriâ donandos.
§. 2. Peculiaris eorum gaudij cauſæ nonnullæ proponuntur.
§. 3. Hujus capitis, totiúſque tractatus extrema concluſio.

PRO-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN